

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Invidia d cum uariis

Invidia est odium aliene felicitatis, respectu inferiorum ne sibi equentur, respectu superiorum quia eis non equatur, respectu parium quia sibi equantur. Vnde Caym inuidit Abel prosperitati, Rachel Lye fecunditati, Saul David felicitati. Per inuidiam procuratus est lapsus mundi et mors Christi.

Augustinus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

respectu inferiorum...non equatur] respectu superiorum quia eis non equatur respectu inferiorum ne sibi equentur P V² L¹ L²; respectu superbiorum quia eis non equatur respectu inferiorum ne sibi equentur V¹